



**P**hilippus apud Belgas natus est 1525. Is à pueris operã literis dedit, & magnum illarũ usum sibi comparauit. Postea hinc inde academias uisitans, Theologiã incubuit, & Doctoralia insignia in ijs impetrauit. Accedebat & uitã integritas, & singularis facundia. Id cum Archipræsul Moguntinus intellexisset, eũ ad se uocauit, atq; summi templi concionatorem Moguntiaë constituit. Mox etiam Decanus collegij S. Petri electus fuit. Eã functionem Philippus magna diligentia expediuit, et omnibus gratus extitit. Hinc factum cum Imperator Ferdinandus Vniuersitatis colloquium religionis instituisset, quod Philippus à suo principe legatus

eo missus fuit, ut eã actioni interesset. Is quoq; Ioannis Feri doctissimi minoritã libros post eius obitum conquisiuit, ac in lucem Moguntiaë edidit. Est Philippus rara humanitate insignis. Itaq; cum Moguntiaë anno 1565 in mea peregrinatione essem, atque fortuitò apud optimos Typographos in prandio conuenissemus, mecum de meo instituto doctè contulit, atq; præclaros uiros communicauit, & omnis generis officia exhibuit.

Anonym.